



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XXIV. Eadem justitia Dei, homines vario morborum genere, ob peccata, punientis, declaratur exe[m]plis noui Testamenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

23 + Cap. XXIV. *Iustitia morbos immittentis Dei in novo Testamento,*
grauis corporis collisione membra vexari. Itaq; qui sibi videbatur etiam
fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus,
& montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad ter-
ram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semet ipso
contestans: ita, ut de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentis in
doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & factore exercitus
granaretur, & qui paulo ante sidera celi contingere se arbitrabatur,
cum nemo poterat propter intolerantiam factoris portare. His talibus
exemplis prælusit in veteri Testamento Deus, ut, qui in illis suam
vident depingi imaginem in peccando, genus quoque supplicij
contemplentur antè, quām incurvant; neque lachrymas in vi-
tium differant tempus. Sera est omnis poenitentia, quā non
est seria. Seria autem esse non potest, quā de suā poenā, quām de
Dei offensā, magis dolet.

C A P V T X X I V .

*Eadem iustitia DEI homines vario morborum genere, ob
peccata, punientis declaratur exemplis noui
Testamenti.*

I.

N aquādem demissa quādam, cūm sint rectissima, speciem
curui præfractique visentibus reddunt: ita quidam de
morbis hominum perperam judicant; sed illorum est
vitium, non DEI, morbos ex iustitia iniicientis. Quid vires im-
probo? vt fortius peccet? Valere deberent omnes? si non me-
rerentur ægrotare. In pantheris totum reliquum corpus macu-
lis picturatum placet, si caput tegas. Quod si velum amoueas,
belluam fateberis esse vinculis dignam. Ita quorundam valen-
do pulchra videtur esse, si celes id, quod est caput, genus viuendi.
Quidam enim ideò valetudine abutuntur, vt rectissimè Mundi
Iudeo censeat, eos morbis coercendos. Quod, vt in veteri testa-
mento sæpius fecit, ita & in novo continuavit. Venit aliquando

Matth. 9. 1. S. Hieron. in S. Augustin. lib. 2. de con-
Seruator in ciuitatem suam, hoc est, in Nazareth, vt D. Hierony-
mus & Augustinus probabile putat, aut melius, in Capharnaum,
comment. in qua frequentius habitabat. Et ecce offerebant ei paralyticum
jacentem in lecto. Et videns Iesvs fidem illorum, dixit paralytico:

Confide,

Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Quid est hoc? paralyticus, non remitti sibi peccata, sed sanari corpus cupiebat; Christus autem corporis curationem querenti, largitur peccatorum remissionem? Nimirum medicorum, qui ex fundamento volunt sanare, est, caussas morborum tollere. Quare & Seruator noster paralyseos originem & indicare, & anteaquam paralyticum ipsum, ut D. Hieronymus atque Euthymius observant, videtur tollere voluisse. Solent enim persæpe morbi & effecta, & supplicia esse peccatorum. Ac certè paralyticus, si audiriisset, Primum regnum DEI, & iustitiam eius querendam esse, aut diuina sapuisset, priùs peccatorum remissionem, quam corporis curationem petere debuisset.

Longè autem clarius exemplum est in illo, qui triginta & octo annos habens in infirmitate sua, curatus est à Domino, diuersus ab eo, de quo meminit Matthæus: ille enim in Capharnaum, hic Ierosolymis; ille in domo, vbi Christus erat, hic in piscina sanatus est. Erat Ierosolymis Probatica piscina, qua cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinq[ue] porticus habens, In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Plurimi ex his, per triginta octo annos sanati sunt. Cur iste solus tamdiu ibi jacuit? cur tam serè sanatus est? Chrysostomus & Euthymius putant cæcum fuisse, vnde aquæ motum non potuerit videre: probabilius est, fuisse paralyticum, cum in grabato jacuerit membrorum impotens. Hinc tam diurni morbi ipse caussam unam indicat, cum ait: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. At cur tam infelix fuit, ut hominem non haberet? cur ei Deus non aliquem prouidit? Nempe ita peccatum illius exigebat, ut tam diu cruciaretur. Nam idcirco dixit illi Iesus: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi lib. 7. 14. aliquid contingat. Ex quibus verbis licet intelligere, sæpe corporis morbos à Deo propter peccata, nobis infligi. Indicat enim Christus, cum monet, ne iterum peccet, hunc paralyticum, propter peccata sua ægrotasse, ut aduertit S. Irenæus ac Augustinus. S. Irenæus lib. 5. cap. 15. Sed illud quoque addit Seruator, ne deterius tibi aliquid contingat. S. Augustinus. Quia grauius peccat is, qui postquam à Deo sanitatis, sine corporis,

operib. c. 10. poris, siue animi acceperit beneficium, iterum peccat, adjungit enim ad peccatum ingratitudinem, vt docent Theologi. Hinc comminatur Christus, fore, vt aliquid illi deterius accidat, si iam

2. Petr. 2. 21. curatus peccauerit. Etenim melius erat, non cognoscere viam ju-
S. Cyprian. stitia, quam post agnitionem retrorsum connerti: vt ait S. Petrus, & lib. de disei-
plin. & habi-
tu Virginum. inculcant S. Cyprianus, & Bernardus, S. Chrysostomus, cum è
verbis Christi conclusisset, ægro huic, ex peccatis natam esse

S. Bern. serm. hanc ægritudinem, addidit: Si autem hic neque omnes pro peccato
3. in Cant. torquentur, non confidamus. Nihil enim nos hic pati pro peccatis,

S. Chrys. signum est maioris illic futuri supplicij. Poterat paralyticus hinc
hom. 37. etiam diuinitatem Christi agnoscer: dicendo enim, Iam noli pec-
care, ostendit se scire omnia, quæ ab eo facta erant delicta.

Cur autem eam coronidem addit: Ne deterius tibi aliquid contingat?

S. Chrys loc. Respondet D. Chrysostomus: Dicunt quidam: Numquid quia in
breui temporis momento adulteratus sum, immortaliter, & in aeternū

cruciabor? Vide, quod hic, tanto tempore, annis triginta octo pro pec-
catis cruciabatur. Non enim temporis mensurâ peccata judicantur,
sed ipsâ delictorum naturâ. Nempe quia in Deum infinitè bonum
& potentem commissa sunt, ideo & infinitè punientur; nec am-
plius umquam retractata aeternum permanebunt. Videant igitur
homines, ne peccent, si non volunt in morbos incidere. Videant,
vt poenitentiam agant, si in eos inciderunt. Videant, si conuale-
runt, ne amplius peccent, alioquin aliquid deterius illis contin-
get.

III.

Demos trauimus, hos duos paralyticos, ob peccata sua,
morbis justissime fuisse afflitos, quid autem, aut quo genere pec-
cati meruerint morbis corripi, non constat. In specie autem in-
dicat Paulus incurrere in morbos & immaturas mortes eos, qui

1. Cor. 11. 27. animæ medicinam sumunt absque digna præparatione: ita enim
scribit. Itaq; quicumq; manducauerit panem hunc, vel biberit cali-
cem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet
autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui
enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit: non
djudicans corpus Domini. Ideò inter vos nulti infirmi, & imbecilles,
& dormiunt multi. Culpa clara est, esse reum corporis & san-
guinis Domini violati, seu indignè sumpti, & tractati, prout à

Iuda

Iuda & Iudæis fuit tractatus Christus. *Vis enim inferatur corpori Domini. & ore ac manibus in Dominum delinquitur,* ait S. Cyprianus. quando sine debita præparatione ad illum sumendum acceditur. serm. de la-
Par est quippe, ut probet seipsum homo, examinecque, num aptus p[ro]ficiat ad tanta mysteria adire; præcipue, an nullius peccati mortal[is] sibi sit conscius. Cuius si se reum deprehendit, contritione & confessione illud deleat. Nam hanc probationem ex jure diuino requirere & intelligere Apostolum, docet Concilium Tridentinum, idemque docuit Cyprianus, & Mille ducentis annis ante Concilium Tridentinum S. Leo. Quin & ita se probet, ut veniam peccata, eorumque radices serio proposito & pia ad Deum oratione euellere conetur, quemadmodum suasit Chrysostomus, & innuit ipse Dominus, quando ante Eucharistiam laniit pedes Apostolorum; significauit enim, puro deuotoque animo, & cum timore ad communionem accedendum, ut dixit S. Ambrosius. Quod si quis hoc neglexerit, & panem hunc indignè manducaverit tamquam panem communem, judicium, seu damnationem, sibi manducabit. Siquidem nos Christiani, inquit S. Iustinus, Eu- charistiam non ut communem cibum sumimus, sed credimus, quod sicut per verbum Dei, Dei Filius factus est homo, ita per verba consecrationis in Eucharistia fiat & sit caro, & sanguis Christi. Ad regales, seu connubiales epulas, sine nuptiali veste, aut sordidatus nemo accedit, & ad mensam Domini accumbere audent mortales manus, immo mentibus illotis? Audent sanè: ideo multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Hinc enim, ait Theophylactus, sunt immatura mortes, diurnaeq[ue] agitudines & morbi. Eant nunc illi, qui vix semel in anno corpus Domini accipiunt, & ne tunc quidem ad id se præparant, sed tori crudi veniunt ad diuinum epulum; eant, inquam, & mirentur, se ægrotare; morbis videbunt se se indignari, cum mortem meruissent.

Immò testis est S. Chrysostomus, ob hoc peccatum, multos fuisse à dæmons vexatos. Et recenset tria exempla S. Cyprianus, vnum de eo, qui prius gustatis idolothytis, postea sumptâ Eucharistia, obmutuit; alterum, de illo, qui post idolothyta ad Eucharistiam accessit, & sibi ipsi linguam discerpsit; tertium de puella, quæ, deuoratis idolothytis, coacta est Eucharistiam renomere.

Cone. Triad.
fess. 13. can. 7.
Cyprian. de
lapsis. Leo
ep. 9. ad
Theodor.
Iohann. 33.

S. Iustin. in
orat ad An-
toniu. Pium.
Imp.

Theophil. in
1. Cor. 11.

S. Chrys. in 1.
ad Timoth.
hom. 5. S. Cy-
prian. serm.
de lapsis.

IV.

Gg 3

Que

238 Cap. XXIV. Injustitia morbos imminentes Dei, in novo Testamento.

2. Cor. 6. 14. Quae enim participatio iustitie cum iniquitate? aut qua societas luci ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial? Aut qua pars fidelis cum infideli? Qui autem consensu templo Dei cum idolis? Cur autem iustitia diuina non plecteret Christi corpus indignè tractantes,

Vig. Vtic. li. quæ vel minùs sacra temerantes tam seuerè plexit? Scribit Victor de Persecut. Vticensis, Proculum quemdam Arianum, qui de pallis altaris camisia sibi, & femoralia fecerat, itidem linguam dentibus fru-

Euseb. lib. 8. statim comminutam vorauisse, atque morte turpissima consum-
hist. Eccles. ptum esse. Nouatum memorat Eusebius, quod nec chrisma, nec cap. 33. exorcismos in baptismo percepisset, à maligno spiritu mirifice

Bredenbach, lib. 1. Collat. diuexatum. Obvia est historia de Batauo per ludibrium Missæ sa-
cap. 39. crificium imitante, An. 1574. & dirissimè multato. Quid ni

ipsam Eucharistiam contumelia affientes puniantur? Hinc Donatistas, qui Eucharistiam impie effuderunt, & canibus objec-
cerunt, teste Optato, illi ipsi canes rabidis mortibus inuaserunt,
& non iam Achæonem, sed Pentheum fecerunt. Epoch presbyter,

S. Greg. Tu- ronen. lib. 1. inquit S. Gregorius Turonensis, dum tenebè, que indignus erat, agere præsumpsisset, diuino judicio solo projectus, occubuit. Hic enim, dum Dominici natalis vigiliae celebrare Ecclesia expetiisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lascina spumantibus pateris hauriebat, ita ut affirmarent multi, cum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomagenis, juxta faculì dignitatem, haberetur nobilior, celebrare Missarum solemnia expetitur. Nec dis-
bitabat miser vino madefactus appetere; quod jejunus quisq; non sine metu potest, terrente conscientia, explicare. Verum, ubi explicitis verbis sacris, confracto Dominici corporis Sacramento, & ipse sumpsit, & alijs distribuit ad edendum, mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterij sacri particula, quam den-
tibus comminuere non valuit, ab ore proiecti, inter manus suorum ab Ecclesia deportatur. Nec caruit ultra epilepsia infirmitate. Sed per singulos lunares cursus incrementis decrementisq; hac semper pertulit,
quia ab hausto nimio vini minimè infelix abstinuit.

V.

Apparet ex hoc exemplo, presbyteros sobrios esse oportere, ne dum Christi corpus & sanguinem indignè manducant, judi-
cium sibi manducent & bibant. Et quoniam sanè multi, intem-
perantia

perantia victi, vel laici, vel Sacerdotes temerè proterueque, immò sacrilegè ad divinam hanc mensam eunt, vnde morbis castigari merentur, apponam hoc insigne exemplum, quod in vita S. Godefridi Episcopi Ambianensis prescripsit Nicolaus Monachus Sueßionensis eius & qualis, his ferè verbis. Aduentante Quadragesima sacro sancto jejunio plebs frequens aduenit in adem beati Pirimini Episcopi, & martyris, eo die, quo cineres ex Patrum pia traditione, que haec tenus obseruantur, fidelium capitibus imponuntur. Adfuit etiam beatus Godefridus, more suo nudis pedibus. & cilicio induitus: inter catena sancta & exhortationis verba, omnibus interdixit esu carnium, donec Dominica Resurrectionis solennitas adesset. Sed id multi surda aure accepere. Nam proximo die Dominico, carnis abstinere noluerunt, dicentes; Episcopum de suo corde fingere dura, proferre inaudita: se assuta nec velle, nec posse relinquare: par esse non solum ut illis, sed etiam abuti, & suauibus atatem ducere oblectamentis. Non id latuit Episcopum, sed tempus expectauit, quo posset opportunè multam irrogare. Ipso igitur Cœna Dominica die, populo ad memorati martyrio Basilikam ob impetrandam peccatorum veniam confluente, eò venit sacerdotilibus vestimentis indutus: habet suo more conciouem, inter alia commemorat Adami inobedientiam, quod dum ab esu pomisibi temperare non vult, uniuersum genu humanum damnationi obnoxium reddiderit, & in multis conjecterit calamitates. Tum pergit exprobrire illis, quod nihil ex eius exemplo absterriti noluerint, obtemperare ipsi, immò Christo per ipsum prohibenti, ne carnes ederent. An ignoratis, inquit, in Evangelio dixisse Dominum de me, meiq; similibus: qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit? Annuntiavi ego vobis Christi voluntatem & iustitiam: vos me finxisse frinola, dicere non formidastis. Ergo vestra hac rebellione incidistis in paenas contemptorum, & cum Adamo rei estis inobedientia. Certè meritas hodie luetis paenas. Hac Episcopo dicente, certatim omnes se humi presserunt, pugnis pectora verberant, palam fatentur culpam suam, cum multis lacrymis petunt a Deo veniam, eamq; per Episcopum impetrare admodum submisse contendunt. Ille vero ait ad eos: Dignos penitentie fructus facite, & Christum vobis propitium reddere conemini. Interim tam impura transgressionis hac multa esto, ut à sacro sancta Eucharistia, usq; ad secundam Paschatic feriam abstineatis.

ut quod improba admisit temeritas, pia quandoq; possit confessio abo-
lere; Abeunt igitur cum multo rubore & more, atq; inter se qui-
ritantur, quod pro momentanea delectatione tam solenni die commu-
nione priuentur. Porro Episcopus pastorali severitate utens presby-
teris omnibus precepit, ne quems ex ijs, qui carnes comedissent, ad Eu-
charistiam sumendam admitterent. Volebat enim hac ratione eam
insolentiam reprimere, & coercere, ne similia quandoq; attentarent.
Sed ecce ipso Dominica Resurrectionis die fidelibus ad percipiendam
Eucharistiam accendentibus, quidam ex mundi huius sapientibus, vel
potius insipientibus, cum se reum sciret eis, quam diximus, transgres-
sionis, nec tamen abstinere velle a sacra communione, muliebrem ha-
bitum induit, sexumq; feminine adeo mentitur, ut non aliud quam
femina videretur. Vult hominum oculos fallere, sed omnia videntis
DEI oculos fallere non potest. Et post alijs insultare queat, quod Epi-
scope obtemperantes, in tanta hominum frequentia, se pauci sint tam-
quam Ethnicos arceri a communione: accedit ad altare non dijudicans
corpus Domini, nec metuens Apostoli sententiam, eum, qui indignè illud
manducet, judicium sibi manducare. Per id tempus in Ecclesia in-
qua istuc accidit, quaq; in beati Remigi honorem constructa est, vir
reverendissimus Fulco sacerdotio fungebatur. Is hominem non agno-
scens, admittit eum ad altare, porrigit ei Eucharistiam: sed ille diuina
cum persequente vindicta, corruit: acerrimis viscerum doloribus cru-
ciatur. Spumaq; cruentas ab ore eiciens, quod indignus sumpserat,
cum multo sanguine, cunctis cernentibus, exomis. Accurrunt omnes,
dolent vicem eius (nec dum enim aliud, quam feminam credebant.)
Fulco Sacerdos propè exanimis aduolat, sciscitatur, unde venerit, qua-
rit, quā causā tam horrendam patiatur calamitatem. Non enim
frustra id esse. Ille tandem non nisi collectis viribus, famineo abjecto
habitu, declarat, quis sit: nec enim dolor sinebat eum diutius dißimu-
lare. Tum verò ait ad eum venerabilis Presbyter Fulco: Quā mente,
& fronte ausus es, tam inauditum designare facinus, ut sexu ementito,
contra egregij Praefulj Godefridi preceptum, tremendis te ingerere
Sacramentis non dubitares? non tu gehenne eternos cruciatus & flam-
mas inextinguibiles formidare debuisti? His atq; alijs à Sacerdote di-
ctis, ille miser summo pudore affectus: Heu me infelicem, ait, qui diu
instar equi & muli per illicita diffusus, quidquid animo collibitum-

effet,

efſet, impudenter admisi. Vnde tandem id consecutum eſt, quod Salomon ait: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Itaq; erecta cernice ſpreta Antifititie ſalutari prohibitione, huic acceſsi, ſed tandem vexatione dante intellectum auditui, reipsa iam comperi, facienda eſſe, qua jubet Epifcopus. Christus enim per eñ locutus eſt. Hac ut audiuit populus circumſtans, valde horruit infandū ſcelus, laudauit Christi ju- dicia, abdita in lucem proferentis, Godefridum Epifcopum mirè extulit, exactius deinde jufa eius ſe fakturū affirmauit. Hac quidem diēta ſintis terrorem illorū, qui ſpiritualium Patrū jufa contemnere non verentur.

Multa pariter in hoc homine ſcelera fuere coniuncta, qui- bus ſe ſe in rebus ſacris libertini amant contaminare. Vitium- gulæ, veſtas in Quadrageſima carnes appetentis ac vorantis. Duplex inobedientia, viri neque Ecclefiae legibus, neq; Epifcopi mandato obedientis. Audax temeritas ad ſacram menſam, & caeleſtis regis epulas, fine veſte nuptiali, intrantis. Immò impu- dens mendacium alium ſexum veſte muliebri ſimulantis. Deniq; facrilegus Dei, & ſeruorum Dei contemptus. Quæ omnia, qui imitantur, an nos merentur eſſe infirmi & imbecilles, & ferreum- ſomnum dormire? Ut igitur præuaricatoribus & contemptori- bus carniuoris iſtis fibulam iniſceret etiam Bredembachius, hanc historiam recitauit. Paucis ab hinc annis, poſtquam Torpatenſes in Lutheranam doctrinā confeſſerant, feria ſexta ſolemne Paschæ festum proxiſe præcedenti, finita Lutherani Ecclefiaſta concione, ciuibus ē Templo D. Matri virgini ſacro reuertentib; quidam alium conciuem & familiarem inuitat ad prandium, rogaſ unā domum comitetur, habere ſe egregiè paratum petasōnem VVefphalicum, alter parum ab- horrens, respondet, ſibi eſſe gallum opiparē elixum, quem cupiat in ſymbolum adferre. Dum ad menſam accumbitur, alter os quoddā galli ambedere volens imprudens panē ipsum deglutiit, quod cum neq; tranſi- mittere, neq; eximere valeret, eo ipſo die, ſuffocatur: alter poſtridiē Pa- ſcha malo ſpiritu corripitur, & nō multo poſtrabie ac furore exagitatus animam unā cum demone exhalat. Sic inobedientes atque irriſores plecit diuina iuſtitia, quæ etiam Acherontico tortori eos non- numquam tradit cruciandoſ. Cuius rei aliud exemplum legi- mus in vita S. Carilephi. Mulier quedam Gunda nomine, quam- Clandestinus ſupplantator illegerat, Spiritui S., volens illudere, virili-

Bredenbach.
Belli Liuoni-
ci, pag. 27.

242 Cap. XXIV. Inflititia morbos immittenis Dei, in novo Testamento, presumpcta ueste in beatissimi Carilephi monasterium ingredi conatus est, ut probaret verūmne esset illius vaticinum, quo prædixerat, sexui feminæ numquam datum iri copiam in illud intrandi: sed justo Dei iudicio priusquam vel respiceret cœnobij clausos aditus, arrepta à diabolo retrorsum ruit, adeoq; fœdè ab illo vexata est, ut dicere me pudeat. Caput enim illi adegit intrafœmora, sicq; factum est, ut que sacrificia liminibus falsa oscula imprimere tentauerat, immūdas sui corporis partes oculari cogeretur; sexumq; ipsa suum, quem virili habitu tegere voluerat, cunctis cernere volentibus palam proderet. Quæ res efficit, ut deinceps eò se conferre mulieres ausa non sint.

VII.

Gen. 3. 24.

Sur. tom. 6 in
vita eius 14.
Nouembris.
cap. 25.

Discant hinc mulieres vitare cœnobia Religiosorum; & viri quoque non contemerare claustra virginum Religiosarum. Nec enim sine caussa claustra vocantur. Væ, qui illuc comes fandi, potandi, ludendi, saltandi caussa ingrediuntur. Dæo sponsas animas sollicitant. Angelos habent aduersarios, qui, ut olim ante paradisum voluptatis Cherubim, cum flammeo gladio atque versatili, ante domos Dæo sacras, ad homines Dæo consecratos custodiendos, collocantur. Merito igitur impuri illuc penetrare cupientes dæmonibus verberandi permittuntur. Quemadmodum & illi, qui excommunicationem contemnunt. Horribile exemplum est in vita S. Laurentij ArchiEpiscopi Dublinensis. Per id tempus, multiplicatis malis in terra, cùm sanctus Pontifex die quodam à Dublinia Vuassfordiam iter haberet, quidam è militibus regis Vilhelmi nomine, se comitem ei adhibuit, ne forte si solus esset, incideret in latrones. Sed & scriptor quidam cum uxore sua parvuloq; infante, tamquam securius iter iam facturus, illis se junxit. Ingredientibus autem illis nemus quoddam, latronum latibulum, viginti quatuor loricati latrones è latebris prodierunt, simulantesq; se velle parcere Pontifici & suis, petebant, ut militem ipsum traderet voluntati: ipse vero cum suis Clericis illas abiret. sed vir sanctus respondit, malle se interfici, quam illis militem jugulandum permettere. Tum illi furijs agitati, in clericos eius sanius irruerunt, & scriptorem antedictum crebrò irrumpendo occiderunt. Eius autem uxoris misertus Episcopus, postea, quæ ad victimum uestitumq; pertinet, perpetuò illi subministravit; puerum vero litteris erudiendum curauit, & quoad vixit, inter Clericos suos illum numerari voluit. Porro la-

tronis

tronos lanceam in militem vibrantes, misericorditer se se interponentio Episcopi e quorum confoderunt: sicque miles equi praesidio de eorum manibus erexitur est. Prasul vero solitatis Clericis, varijs affectus injurijs, in proximam veniens civitatem, latrones illos per internuntios admonuit, ut a sua malitia abstinentes, veniam impetrarent: ni id ficerent, se cum omnibus eis civitatis presbyteris in eos excommunicationis sententiam pronuntiaturum. Illis autem paenitentiam & correctio nem respueribus, eos excommunicauit. Quod cum illi cognovissent, & quemadmodum fieret excommunicatio, inquisisset, dixerunt: Excommunicatus & nos ArchiEpiscopum. Et accipientes exta bouis furto ablati, loco solarum, & accensis lignorum faculis, loco candalarum, instar Imporum vulubant. Clericos irridentes, anathema legentes & in derisum Ecclesia etiam in aqua ipsas faculas extinguebant. Ex his unius postero die, licet quadruplici rectius ueste, frigore satis temperato, & tolerabili extinctus est. Tertio inde die, malitia eorum dux itidem peremptus est, atque ita alij post alios, intra annum unum perierunt.

Atrocia quoque sunt, quae in vita S. Hugonis Episcopi Lincolniensis leguntur. Nam cum rebellis quoddam & contumaces satana tradidisset in interitum carnis, subito non comparuerunt. Miles quidam proprius quoddam mendacium ab Episcopo sancto reprehensus, cum admonitionem eius parni penderet, nec se emendare vellet, mox ab illo excommunicatus est. Vsurpabat namque sibi bona quadam, que incitante eum uxore, quod prolem legitimam non haberet, a veris haeredibus per simulationem alienare consenserat. Tremenda res. Inuictus enim diabolus, nocte sequenti extorquens subito animam mendacem. Alius quidam in eodem scelere ei succedens, cum latus & temulentus lecto exciperetur, sopori mortem socians, etiam miserè extinctus est. Forestarius quidam propter facinus plexus anathemate, viri DEI sententiam non metuens, intra paucos dies horribili morte decepit è vita. Quidam diaconus, limore impellente, militem quemdam nequiter accusans de criminis regia proditionis, Hugonis sententia ob spem emendationis percussus, cum peccatum suum non modo non vellet agnoscere, sed etiam ab Archiepiscopo absolutionem impetraret, rediensque ad vitrum sanctum purgationis, ut putabat, sua chirographum secum afficeret, rursum non obstante mandato, ab illo excommunicatus est. Ut

VIII.
Sur. in vita
eius. cap. 23.
die 17. Nou.

244 Cap. XXIV. Injustia meritos immittentis Dei in novo Testamento.
autem Dominus ostenderet, utrius sententiam approbabasset, Diaconum
horrendum in modum percussit, nec eum distinx viuere passus est.
Adolescentula quadam, cum impudenter spueret in faciem sponsi sui,
presente sancto Episcopo, nec veniam petere vellet, a diabolo prefocata
exspiravit. Tantum facinus est, Praesides Ecclesiasticos contem-
nere, ut anathemate feriri, excommunicari, atque ab ipso dæmo-
ne torqueri mercantur contemptores.

IX.

I. Cor. 5. 1.

Nihil autem noui est, ut eiusmodi peccatores excommu-
nicati satanæ tradantur cruciandi. Siquidem & Apostolus, cum
ad Corinthios scripsisset, Omnia, non vago rumore, sed certa
fama, auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter
gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat sibi concubinam, &
priuignus cum nouerca congregatur, quod crimen Hippolytus
in Phædra detestatus est; haec, inquam, cum partim scripsisset,
partim insinuasset Apostolus, subjunxit: Et vos inflati estis, dum
superbis vestris contentionibus occupati, non curatis, ut tanti
incestus reus è cœtu vestro expellatur. Ait enim: Et non magis
luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.
Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam judicavi, ut
praesens, eum quis sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi,
congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi
traderem huiusmodi satana in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die
Domini nostri Iesu Christi. Itaque Paulus, tamquam Pastor &
Episcopus vigilans Ecclesiæ, judicauit, seu statuit, in nomine, hoc
est, auctoritate & vice Christi, ut in publica Corinthiorum con-
gregatione fornicarius ille excōmunicaretur, & traderetur satanæ
qui extra Ecclesiam regnat, ibique solet excōmunicatos non solum
in anima, verum etiam in corpore affligere. In anima quidem, quia
excommunicati extra societatem Christi & Ecclesiam, ejecti que
orationibus, suffragijs, sacrificijs, Sacramentis, Dei protectione,
cura Pastorali priuantur, & ita tyrannidi atque incurribus dia-
boli, cuius regnum est extra Ecclesiam, exponuntur, ut in eos
magis, quam ante grassetur, eosque in omne malum impellat. In
corpore autem, quia ita in interitum carnis traduntur, ut agri-
tudine corporis, vulneribus, aut plagiis eos maceret satanas, ut
caro eorum atteratur, carnisque vigor intereat. Nam in pri-
mitiu

Ita S. Augu-
stin. lib. 3.
contr. epist.
Parmen. c. 2.
& S. Hieron.
ep. 1. ad He-
liodor.

mitia Ecclesia, ut docet Theodoretus, ex maiorum traditione Theodoret.
excommunicati diabolo traditi, etiam ab eo corporaliter fuere ^{1. Cor. 5. 5.}
vexati, & quasi possessi. Exempla crebra sunt in vita Patrum. S. ^{& 1. Tim. 1.}
Ambrosius quemdam satanae tradidit, quem dæmon eodem ^{20.}
momento abripiens, discerpere cœpit. Qua de causa Domi-
nus Apostolis immundorum spirituum tradidit potestatem, non
solū, ut eos expellerent, sed etiam (ut discerent homines
excommunicationem timere) immitterent ad corpus diuexan-
dum. Theodoreti verba sunt: *Eos tradit diabolo, non ut bonorum magistro, sed ut seruo carnificis;* & ideo non dixit, ut eos doceret, sed ut ^{Theodoreti. 1.}
deceantur non blasphemare. Ab Ecclesiastico enim corpore separati, &
divina gratia nudati, ab aduersario crudeliter flagellabantur, inciden-
tes in morbos, & difficiles affectiones, & alias calamitates; hec enim
consuevit inferre hominibus, quoniam & est inimicus, & vltor, ut dicit
Propheta.

Enim uero etiamsi tales Cypridis mystæ non excommuni-
centur, sape ob solam effrænam libidinem, sape etiam ob con-
jugalem intemperantiam, diuina iustitia eos castigante, à dæmo-
nibus cruciantur. Et quia, qui in matrimonij sunt, omnia sibi
licere arbitrantur, audiant historiam sacram, quam non est fas
inter fabulas computare. Angelus Raphaël Tobiæ juniori di-
xerat, *Saram vnicam opulentii Raguelis filiam illi conjugem*
deberi. Tunc respondit Tobias, & dixit: *Audio, quia tradita est* ^{Tob. 6. 14.}
septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia demonium occi-
dit illos. Timeo ergo, ne forte & mihi hec eneniant: & cum sim uni-
cus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad in-
feros. Tunc Angelus Raphaël dixit ei: *Audi me, & ostendam tibi,*
qui sunt, quibus praualere potest dæmonium. *Hi namq; qui coniu-*
gium ita suscipiunt, ut Deum a se, & à sua mente excludant, & sua li-
bidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: ha-
bet potestatem dæmoniū super eos. Quod bene obseruent conjugati.
Et multò magis, quicumque extra matrimonium libidinantur.
Nam, ut ad nouum Testamentum reuertamur, ob hanc caussam,
Mariam Magdalenam septem dæmonia occuparunt ^{Quod si Marc. 16. 9.}
vnicus Asmodæus septem potuit viros occidere, quantum po-
tuerunt dæmonia septem vnam mulierem cruciare? Narrat Prosper Prosp. lib. de

Psal. 8. 3.

X.

puel-

Hh 3

dimid temp. puellam quamdam, ob curiosam corporis sui cum statua Ven-
cap. 6. neris collationem, diuina vltione à dæmonibus infessam, ac ve-
D.Hieron, in lut à carnifice tortam. Et D. Hieronymus testatur aliam puel-
vita S Hila- lam, ob vaniorem ornatum, externamq; dumtaxat quamdam
tion. dissolutionem dæmoni, per maleficum immisso, patuisse. Ter-
ribiliora exempla nos in Sirenibus daturi sumus.

XI.
1. Tim. I. 19. nœnu dæmoni torquendos permisit. Ita enim ad Timotheum
scripsit, postquam eum jussit habere fidem & bonam conscientiam,
quam, inquit, quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex
quibus est Hymenæus, & Alexander, quos tradidi satana, ut discant
non blasphemare. In quem locum Theophylactus ita scribit.
Cùm vita impura fuerit, dogmata etiam inde peruersa nascentur. Vt
enim metu futurorum non torqueantur impurè videntes, persuadent
sibi omnia esse vana, qua de religione nostra dicuntur. Ex quibus est,
inquit, Hymenæus, & Alexander, quos tradidi satana, ut discant non
blasphemare. Sed quomodo tradebantur satana? Ei ciebantur ex Ec-
clesia, abiiciebantur à charitate, tradebantur q; nudi lupo. Vt enim
olim tabernaculum protexit nubes, sic & Christi Ecclesiam Spiritus
paracitus. Si qui igitur extra hanc, ac proinde etiam Spiritum fue-
rit, citra laborem ab alijs deinceps capi potest. Talis igitur Excommu-
nicationis multa est. Accepit igitur blasphemos istos diabolus in
potestatem. An non enim illis os intumescat, qui tumidi in-
Devū & Diuos enomunt execrationem? An non lingua ex-
scindatur ad laudes diuinæ creata, sed conuicia pariens, & ca-
lum ipsum opprobrijs appetens? Mitissima certè Dñi Mater, &
patientiam suam clementiamq; & justitiam aliquando in ta-
In Prat. Spir. lem ostendisse legitur, in Prato. Spirituali. In hac (Heliopoli
cap. 47. Phoenicia) minus quidam erat, Gaianus nomine qui in theatro san-
ctam Dei Genitricem blasphemans, populo spectaculum blasphemie
prabebat. Apparuit autem ei Sancta Dei genitrix: noli, queso, noli
ita ledore animam tuam. ille verò rursus deterius illam blasphemabat.
Vnde ipsa tertio ei apparens, eadem repetebat. cùm autem ille se non
corrigeret, sed plus quoque blasphemis adiceret: meritis dormienti si-
bi apparuit, nihilq; dicens, digito signauit eius manus & pedes. Euigi-
lans autem innenit, se truncatum manib; & pedib;. Atq; ita infe-

lxv

Bx, truncus inutilis, jacens, confitebatur omnibus, cuius rei gratia, & quomodo haec passus esset, ut q̄ propter blasphemias clementer cruciatus fuisset. Ex isto igitur sapuit; minus truncus, postquam truncatus fuit: sic enim sectus, melius didicit loqui. Et bonum erat ei, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem.

Consimile prorsus exemplum, hæreticis nostris bene inculcandum, recenset Nicephorus his verbis: Graci quidam, sine Niceph. li. 18. gentiles in cuiusdam domo conniventes, & vino se se innitantos, post prandium simul atq; satis adhiberant, blasphemare, & conscienciam proscindere Verbi Matrem cœpere: postremò hoc compositioni adhibentes studium, ut quacumq; aliquis eorum excogitare posset, absurdia atque indigna, per sa ridens œconomia, & dispensationis salutis nostra mysterio illuderer. Impietas ea, postquam innotuit, illi quidem dignas persistantes lingua pœnas dedere: Edium autem, in quibus confidentes gratui blasphemia indulserant, dominus, à sacris nostris non alienus, tunc quidem quod res ita tulerit, periculum effugit. Non multò verò post noctu ei dormienti in somnis Dei Genitrix adstirrit, cui diligentius nuncquid se, quanam esset, nosset, percunctanti: postquam ipse, nosse se eam professus est; illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam renovauit. Tum ille miser supplex ibi esse, veniamq; delicti petere: & ne tam citò morte mulctaretur sed tempus ei pœnitentia relinqueretur orare. Illa daturam se hoc ei, neq; in presentia ipsum ita morte pœnas luiturum promittere: vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circum circa veluti exarans, circumscribere. Id ubi factum, auolans ei postea non apparuit. At ille somno disfusso, membra ea, que vimine notata fuerant, statim ab reliquo corpore disrupta inuenit, recenti sangwine profluente. Et in publicum productus, iustum omnibus judicium promulgauit. Qui verò id audierant, laudes DEO, propter tam incipiatum miraculum, cantarunt. Ceterū blasphemias per dæmones plecti, docuit etiam sanctus Abbas Auxentius, ad quem Metaphrastes testatur, multos à spiritibus immundis infestos fuisse allatos, quos ille sanctis precibus suis curauit; inter quos utique fuerunt, qui pœnam illam blasphemij promerueré. Duo certè aliquando ad eū venerunt, lepra toti cooperati atque exesi: ad eos, cùm sanitatem peterent, S. Auxentius euscemodi habuit

Metaphrastus
14 Februario.

oratio-

248 Cap. XXIV. Inflitio morbos immittentis Dei, in novo Testamento,
orationem: Scitisne, charissimi fratres, quanam de causa ira Nu-
minis tantopere in vos deserviat? saepe sacrosanctum Domini no-
men in vanum accepistis, saepe diras execrationesque in mortales
immortalesq; pariter effudistis; idque leuissimas ob res. Quare
justo Dei iudicio hoc malum vos inuasit. Culpam igitur lachry-
mis, tamquam Iordanis, eluite, si vultis poena liberari, poeniten-
tiamque agite. Quod vbi fecerunt, & ipse Sanctus preces suas su-
per eos effudit. Postquam igitur execrabilis blasphemiae diuinis
laudibus sunt compensatae, animis sanati etiam ad corporis inte-
gritatem redierunt. Quare frequenter in cælum impij, non tam
Superos maculant, quam semetipso.

XIII.

Apud Sur.
25. Maij tom:
3.

S. Augustin.
lib. 22. de ci-
vit. cap. 8.

Quia homines ipsi, dum hominibus dirissima quæque im-
precantur, diuinam iram, & in suos, & in se se prouocant; &
sæpe parentes ipsi filijs suis febres, ulcera, pestes, dæmones ex
Orco euocant. Quid igitur mirum, si pro reuerentia sua exau-
diantur? De filijs à matre sua nimis delicate enutritis, & pro
bona gratia malam mercedem reponentibus, Ioannes Archipres-
byter, in vita D. Zenobij, Florentini ita scribit: *Cum mulier que-
dam pagana & illustris & dines valde in hac civitate mortuo viro duos
superstites haberet filios, quos delicatissime enutrierat, & ad perfectam
illi iam peruenissent atatem, quodam die in iram versi, matrem pro-
priam pluribus verberibus enormiter flagellarunt. Quod scelus ipsa
impatienter abhorrens, corpora eorum horrendis imprecationibus dea-
testata fuit, genibusq; procumbens, & terram manibus propulsans,
Erynnem, ceterasq; infernas pestes in rabiem filiorum magno cum ge-
mitu innocat. Exaudiunt demones ab imis tenebris: juvenes aggredie-
bantur, illos in furias exagitantes; qui statim ut rabiidi canes, morda-
citer ad innicem sua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clau-
mor ingens, ali funes, ali catenas ferunt, ligantur juvenes, nec rabio
contineri valent. Longum & terribile est, quod S. Augustinus
de septem fratribus & tribus sororibus non ignobilibus, apud
suos ciues Cæsareenses, commemorat. Hi omnes maledictio
matris, que injuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali po-
ena sunt diuinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tre-
more membrorum, in qua fedissima specie oculos suorum ciuium
non ferentes, quaqueversum cuiq; ire visum est, toto pane vagabantur*

orbe

orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater & soror, Paulus & Palladia, multis alijs locis miseria diffamante iam cogniti. Hæc Augustinus, qui deinde prolixè describit luculentum miraculum, quo S. Stephanus illis sanitatem impertivit. Quod si mater ex impatientia liberis suis malè precans pœnam à Dño impetrat, quid ni id Paulus faceret ex zelo justitiae & DEI? Hinc enim cùm Christum prædicantibus resisteret Elymas magus, quarens auertere Proconsulem a fide, Saulus, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto intuens in eum dixit: ò plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiae, non desiris subuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cacus, non videns solem usq; ad tempus. Et cecidit in eum caligo, & tenebra, & circumiens quarebat, qui ei manum daret. Dictum factum, statim punitus est Elymas, quia id exegit sceleris contumaciam. Aliás quandoque differt Deus scelerum punitionem in aliam vitam; quandoque in longius huius vita tempus; ut spatium relinquat pœnitentiae; fidem & timorem de futuris exerceat, amorem excite, quia magis vult amore, quam timore colli, vel denique ut thesaurum iræ, patientia illius abutentibus, cumulet, ut post S. Paulum S. Augustinus & Gregorius docuerunt. Sed pergamus in historia à S. Augustino paulò priùs citato recitata.

Nam & filijs, & sibimetipſis malum accersiuſſe illam matrem, copiosè narrat S. Augustinus, compendij causā, satis est audire Paulum vnum è decem illis liberis loquentem, qui jussus à D. Augustino rem enarrare, in libello perscriptam S. Patri obtulit in hunc modum. Cùm adhuc in patria nostra Cappadocia Caſarea moraremur, frater noster natu maior grauibus, atq; intolerandis communem matrem affecit injurijs: in tantum, ut ei etiam manus non dubitaret inferre. Quod nos omnes filii pariter congregati patienter tulimus, ut ne verbum quidem fratri nostro pro matre nostra, cur hoc faceret, dixerimus. Illa autem faminei doloris ſtimulis incitata, injuriosum filium maledicendo punire constituit. Cumq; ad sacri baptismatis fontem, post gallorum cantus, memorato filio suo iram DEI imprecatura, properaret: tunc ei nescio quis, in patrui nostri ſimilitudine, ut intelligitur, demon occurrit, & ab ea prior, quò pergeret re-

Ii quiſi-

Act. 33. 8.

Rom. 2. 5.
S Aug. 1. cōtra
aduersis legis
c. 17. & ferm.
220. de temp.
S. Greg. hom.
33. in Ezech.

XIV.

S. Augustin:
lib. 22. de ci-
uit. cap. 8.
Extat libel-
lus iste inter
sermones S.
Augustini
nouos, quos
Louan. Vili-
merius edi-
dit.

250 Cap. XXIV. Iustitia morbos immittentis Dei, in nostro Testamento, quisuit. Cui illa ad maledicendum filio suo, ob intolerabilem contumeliam, se ire respondit. Tunc ille iniurie, quoniam in mulieris insanientis corde locum facile innenire potuit, ut omnibus malediceret, persuasit. Illa autem vipereis inflammat a consilijs sacrum fontem pronoluta corripuit, & sparsis crinibus, nudatisq; uberibus, hoc a Deo potissimum postulauit, ut extorres patria, & circumeuentes aliena terras, omne hominum genus nostro terroreremus exemplo. Mox maternas preces effeax vindicta prosequitur: cumdemq; continuo fratrem nostrum atate & culpa maiorem, tremor membrorum tantum inuasit, quantum in me usq; ante hoc triduum, vestra sanctitas vidit. Servato autem ordine, quo nati eramus, ante unum annum eadem nos pœna omnes corripuit. Videns autem mater maledictiones suas ad tantam efficaciam peruenisse, impietatis sua conscientiam, & opprobrium hominum diutius ferre non potuit: sed laqueo guttus astrigens luctuosam vitam termino funestiore conclusit. Egressi autem nos omnes, opprobrium nostrum non ferentes, & communem patriam relinquentes, paucim sumus per diversa dispersi. Tales pœnâ, immò coruis di-
Prou. 30. 17. gnos, & morbis lacerandos dudum prædictis Salomon: Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum (vel senectutem, vt legunt Septuaginta) matris sua, effodiunt eum cornu de torrentibus, & comedant eum filii aquila.

XV. Quid quod homines sibi meti ipsi pessima quæque imprecantes, Deum quodammodo cogunt, ut id permittat, quod optant? Ioan. Nider. Vnum de mille dabo exemplū ex Ioanne Nider. Tempore, inquit, l. 5. Formicar. quo in Uniuersitate Coloniensi sacra Theologia studio ascriptus fui, quadam virgo quindecim vel sexdecim annos habens, morib; secundum sacram salsum satis composita, in domo cuiusdam sua consanguinea nutritiebat, extra domum parentum. Cumq; cognata sua Scyphum satis vilem, terrenum quemdam à casu fregisset, cognata ira replebatur in lapsus negligentiam, & in ream virginem. Quæ virgo tanè hoc molestius tulit, quantò vasculum vilium extitit. In iram igitur commota virgo horâ sumendi cibum, nec comedere, nec ad mensam, pra ira, si presentare voluit. Chiusa cognata ait: Oportet, ut comedas. At virgo apud se (ut mihi postmodum, & exorcista reculit suo) huiuscemodi verba submurmurando dicebat: Si me oportet edere, in nomine diaboli fiat. Sic mensam accedit, benedictionem mensa, quam bene sciebat, di-

cere

cere neglexit, & in primo morfello, ut putabat, mustam ori illatam sensit quam cum nulla arte eicere valeres, deglutiuit, & immediate obessa fuit, semper tamen usum rationis bonum habuit, licet sepe satius vexaretur a damone. Cum autem in domum parentum cum magna mœfitia reduceretur. & duntissimè nullus reperiatur, qui illā liberare posset, tandem quidam frater nostri Ordinis, nunc magister Godfridus Schüssel, sacra Theologia Professor, calamitati parentum & pueri compatiens, se de eius exorcizatio ne intronisit paſto tali premio, ut si liberaretur, nihil terreni exorcista daretur, sed pueri in castitate solua, si vellet, liberè, & non in matrimonio, de cetero D̄o militares. Legit igitur Pater prefatus missam, obtulit obessa oblationem consuetam, in eadem affuit per totum, & in nullo vexari videbatur, finitoq; officio, post satis duntinum exorcismi actum, membris omnibus virginei corporis panè percōrūtis, exiit demon, & ita virgo deinceps Domino in castitate seruinit. Quàm multi hanc in culpa, quàm pauci in poenitentia imitantur? Quàm multos ira adigit, ut in nomine se diaboli facere dicant, quidquid faciunt? Quid igitur mirum, si puniantur? quod volunt, patiuntur, optata impetrant, reprehensionem paruam non sustinent, ut grauius castigentur. Quare sapienter inquit Salomon: Disciplinam Domini, filii mihi, ne abiicias, Prou. 3. 11. nec deficias, cum ab eo corripferis. Nemini impatiens magis nocet, quàm libimet ipsis.

C A P V T X X V.

Ex Herodis etiam regis pena ostenditur, quàm justa sit diuina vindicta & severitas, in morbis & cladi bus inferendis?

 Mne vulnus sentitur, & dolorem parit; sed nullum magis, quàm quod capiti infligitur. Ibi enim plures sunt nervi, & periculum vitæ præsentius incurritur. Ita sane vulgos, & cetera Reipublicæ membra gemunt, quando fortunæ auritæ aliquod damnum subeunt; sed multò grauior est plaga, quam Princeps, Reges, & Imperatores patiuntur. Hinc, quemadmodum ad intentum iustum brachia obijcimus, ne caput laceratur; ita etiam subditi se se pro Principibus suis exponunt, ne illi ali-

Ii 2

quid

I.